

Liber sextus

bet etiam mens humana suos quatuor humores: quia per sanguine vititur dulcedine: per cholera rubea amaritudine: per cholera nigra contristatione: per phlegmate mentis compositione. Dicunt enim Physici sanguineos esse dulces: cholericos esse amaros: melancolicos tristes: phlegmaticos corpe compositos. ut sit dulcedo in contemplatione. amaritudo de peccati recordatione. tristitia de perpetratioe. compositio in emendatioe. Item mentis compositio assimilatur phlegmati.

Primo ratione residentie radicalis: quia phlegma debet habere sedem in pulmone: per quem signatur discretio: quia sicut pulmo aerem attrahit et emittit: ita discretio quod bonum est retinet: et quod malum est expellit. In pulmone ergo est sedes phlegmatis: quia compositio mentis beneficio iuuat discretionis.

Secundo ratione proprietatis naturalis: quia phlegma est nature frigide et humide. Compositio igitur mentis requirit frigus quo refrigeretur ab estu vitio: et humore compunctionis quo mundetur a sorde peccatorum.

Tertio ratione efficacie animalis: quia ex compositioe phlegmatica sunt homines tardi: obliuiosi et somnolenti. tardi ad operandum malum: obliuiosi ad affectum spiritualium: et somnolenti per contemplationis transitum. *Ps. liij. In pace in idipsum dorm. et. Ca. XLVIII*

Molestia siue modestia

Modestia et compositio morum et motuum exteriorum corporis assimilantur superciliis. Primo quia supercilia data sunt ad oculorum tuitionem. Et per pilorum multitudinem sunt vestita ut sint oculis munimenta ad repellendum humorem a capite defluentem. Sunt ergo supercilia oculorum munimenta ne quod nocuum eis ab extra eneciat: ut *Ps. dicit. Sic modestia et compositio extremorum sensuum et membrorum valet ad custodiam mentium: quia frequenter ex sensuum dissolutione subintrant cogitationes male: Hier. ix. Intrauit mors per fenestras nostras: ingressa est domus nostras.*

Secundo quia supercilia sunt ad decorum: quia nullus sine eorum presentia decoratur. Sic modestia et compositio morum reddunt hominem in aliorum conspectu decorum et gratiosum. Unde *Ambrosius dicit in libro de officiis quod in modestia consistit pulchritudo viuendi et ornatus ad omnem actionem accommodatus. Tertio quia supercilia sunt ad representationem. Habent enim*

quandam vim latentem passionem anime indicantem: ut dicit *Aristoteles in libro de animalibus quod cum fuerint supercilia recta sicut linea tendunt femineas molliciem vel animi lenitatem. Si vero fuerint demissa et nimis pressa signant inuidiam. Si vero fuerint curuata et in pilis pressa animositatem preterdunt. depauperata vero a pilis et oblonga timiditatem. Si autem fuerint spissa pilis longi excessum caloris important. Si autem fuerint multe carnis et paucae pilorum tatis: sensum durum significant et obtruncant in membris principalibus dominantem. Si vero pilis fuerint spoliata: significant sanguinis corruptionem ut in leprosis: aut naturalis humoris consumptionem ut in etheicis et similibus: aut meatuum oppilationem ut in castratis. Sicut igitur dispositio superciliorum congrua vel incongrua representat bonam vel malam dispositionem interiorum: sic compositio seu modestia vel inordinatio et dissolutio exteriorum motuum siue morum representant bonam vel malam dispositionem interiorum vel dissolutionem et inordinationem mentis. *Eni *Eccl. xix. Amictus corporis et risus dentium incessus hominis enunciant de illo siue bonus siue malus sit.***

Capitulum: XLV

Mors sanctorum

similatur somno propter tria. Primo propter quietis suauitatem: quia nec laborum dormiens meminit: sed tunc dulciter reuocatur. Et sic sancti per somnum mortis requiem a laboribus capiunt: sicut illud *Apocal. xliij. Beati mortui qui in domino moriuntur. Amodo iam dicit spiritus ut reuocentur a laboribus suis. Et ad eterne pacis dulcedinem perueniunt: sicut illud *Ps. liij. In pace in idipsum dorm. et reuocentur. Secundo propter dormientium firmitatem: quod dum homo dormit nullus aduersarii potentiam pertimescit. Sic sancti per somnum mortis de omnium aduersantium manibus eripiuntur: et eterne securitatis fiducia fruuntur. Unde dominus *Matt. x. dicebat: Nolite timere eos qui occidunt corpus: et post hoc non habent amplius quod faciant etc. Sic igitur in hoc conueniunt mors somni: quia uterque securitatem tribuit. Sed in differunt: quia securitas somni est ex insensibilitate: sed securitas mortis est ex libertate. Unde *Ps. cxlij. Neque perterritus est: et nos liber****